455

1532. d. 2. Junii

Sigismundus Primus Rex Poloniae

Andreas Cricius Episcopus Plocensis
Felix de Szrensk Palatt. et Capitt Ploc.
Georgius de Conopat Palatinus Pomez
Nicolaus Dzialinski Castellanus Culm.

130

Sacra Regia Majestas et Domine Domine Clementissime.

Humillimam Nostri Commendationem.

Quemadmodum Sacra Mtas Vestra dignitate est Nobis committere differentiam, inter Cives Thorunenses, et Plocenses per modum concordiae componere venimus huc Mtis Vestrae mandato satis facere volentes ac omnem operam nostram, quae fieri potuit impendimus, ut et concordiam inter illos faceremus, et Mti Vestrae hanc molestiam adimeremus, adduxit quidem, sine Res utraque pars rationes, pro se non vulgares, adduxit et magna dispendia sua quae gestatum, in quaes ista causa devenerunt, ut difficilimum videretur, alteri aliquid remittere, alteri aliquid concedere, tamen persvasionibus Nris adducti exhibuerunt se utrinque faciles ad ea praestanda quae Nobis videventur et quae ab ipsis praestari possent, nos igitur ex

pensis

utriusq partis rationibus, et damnis Elocen
sium, pro quibus decretum obtinerunt, ei hunc
modum concordiam inter eos fecimus, quod Tho
runenses solvere debent Elocensibus, Tercentos
Flor. et Elocenses totam hanc litem super da
mnis et impensis extinguere.

Quam concordiam utraq pars gratissimo ani
mo suscepit, ut usu venire solet per longas li-
tes, et bella fatigatis et quia Cives Thorunenses
declararunt Nobis magna sua dispendia et magnam
gestatem, quam subierunt ratione istius Commi
sionis et tuendis suis Privilegiis, quod et res i
psa palam testatur, considerans quantum inter
sit Mtis Vestrae, et Reipublicae, tam Nobilem Ci
vitatem conservare, supplicamus humiliter Sacra
Mti Vestrae dignetur ejus benignam habere ratio
nem, et illam aliqua ratione sua sublevare, cum
id suo tempore petent a Sra Mte Vra quam
illi nos omnibus servitiis Nostris demereri cura
bimus quod vero ad Elocensem attinet, qui et
ipsi dispendia et egestatem suam, queruntur,
et non quod illis Decretum est sed quod fieri po
tuit accipere debent quoniam haec sua dispendia
non tantum suae Civitatis sed etiam aliarum Civitatum
et mercatorum libere defluitationis causa subierunt.

acquissimum

esset eis ab istis omnibus, vependi qui nunc eos

opera et sumptu demittendi habent libertatem

quod etiam aliquibus modis fieri fieri poterit,

Ubi gratia Mtis Vestrae. Mtis non deerit, cui

Nos humiliter, commendamus.

Vladislaviae, 4. 2. intra Octavas Corporis

Christi Anno Domini 1532